



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Vires

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

ad naturae suae voluntatem accommodata. Hec vocatur virtus, hoc est, honestum, & vnicum hominis bonum. Nam cum sola ratio perfectat hominem, sola ratio perfecte beatus facit, hoc autem vnum hominis bonum est, quod vnum beatus efficitur. Senec. e. p. 77.

Vir bonus non potest non facere quod facit, non est enim bonus, nisi fecerit. Idem l. de benefic.

Est igitur vlla res aut commodum tam expetendum, ut viri boni nomen & splendorem amittat? Cic. lib. de offic.

Iam vero qui potest vir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre, quae agit, quaeq; sentit? Refert autem omnia ad beate vivendum. Beata ergo vita laudabilis: nec quicquam sine virtute laudabile. Beate igitur vita virtute conficitur. Idem lib. vlt. Tuse. 9. 9. 9.

Nihil est enim Deo similis & gratius, quam vir animo perfecto bonus, qui tam hominibus, ceteris antecellit, quam ipse a diis immortalibus distat. Luc. Ap. 1. de Deo Soc.

Vir bonus est, qui prodest, quibus potest, nocere autem nemini. Cic. 3. Offic.

Vir bonus non modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat praedicare. 3. Offic.

Vir bonus nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Itaque in virum bonum non cadit mentis emolumentum sui causa, criminari, praeparare, fallere. De Vitiis.

Non est res vlla tanti, aut commodum vllum tam expetendum, ut viri boni splendorem & nomen amittat. 3. Offic.

Ut quisque est optimus, ita diffimillime esse alios improbos suspicatur. Cic. ad Quint. frat.

Sancti viri, & religionem colentes sunt, qui meritam diis immortalibus gratiam iustis honoribus & meritis & memori mente persolunt. Pro Plancio.

Omnes viri boni aequitatem & ius ipsum amant. Nec est viri boni errare, & diligere, quod per se non diligendum & colendum. 1. de leg.

Pro viro cum non haberem, qui nec hostibus est infensus, nec suae salutis auctores benevolentia profecit. Dionys. Halicarnas. lib. 2.

Equidem existimo indignum viro, cui virtus quantulumcunque cura est, si sine villo discrimine inimicos & amicos occidat, & gratum acque implacabilem iram gerat in eos a quibus aliqua iniuria fuerit accepta, praefertim vero si sapiens poenas de illis, caequae acerbis sumpserit. 1. 8.

Nullus vnquam e mortali & caduco semine vir absolute bonus nascetur. lib. eod.

Vir viro praestat. Dion. l. 3. 5.

Si quis thesaurum reperiat, ditior quidem fuerit, non autem rei familiaris administrandae peritior. & si morbo affectis hostibus, victoria potiatur, fortunatior quidem sit, at disciplina rei militaris nihilo instructior. At qui tolerantia laborum antecellit, ubi laborandi sit tempus, & roboris, ubi fortitudinis sit certamen propositum, & mente, ubi res consilium poscit: hic profecto mihi videtur iure optimo vir bonus omnino putandus. Xen. Orat. de Agesilao laudibus.

Tam viri boni officium esse iudico, seipsam patriae vrbis conservare, quareq; ne temere pereat, quam officio suo neq; dicendo, neq; agendo, neq; mortem etiam pro salute eius detestare. Dion. l. 45.

Turpe est, quicquam mali perpetrare: bene autem agere nullo periculo proposito, multorum: id vero proprium boni viri est, etiam cum periculo suo honestatem in agendo sequi. Plutarch. in Mario.

Non tantum in bacchanalibus, verum etiam in contentionibus & ita bonum honesteq; institutum ingenium sibi constat, decorumq; fuerit. Plutarch. in Tiber. Graccho.

Viri boni existimatio res est quae innumerabilibus laudibus continetur. Val. Max. lib. 7. c. 2.

Vnum boni viri verbum, vnius nutus, sexcentis argumentis ac verborum continuationibus parem fidem meretur. Plutarch. in Phocione.

Mihi videntur boni viri atq; praestantes nihil plura facere debere, quam ut necubi officium praetermittatur. Polyb. l. 4.

Sub tyrannoe egregius viris gloriae & per. cuius gliscunt. Tacit. Ann. lib. 15.

Cuius, senator, maritus, gener, amicus, cunctis vitae officiis & qualibus, opum contemptor, recti pericax, constans adu. metus. Tacit. hist. l. 4.

Aburdum est putare eum qui ab aliquibus ex bono malus fuerit factus, eundem ab illis iterum ex malo bonum fieri posse. Dionys. Hal. 11.

Minutus a Fabio Maximo, quem antea ob cunctationem in bello sprenerat, ex manibus Annibalis feliciter ereptus, cum in castra reditum esset, conuocatis militibus: Sape ego, inquit, audiuimus milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit secundum, eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, cum extremi ingenui esse. Nobis quoniam prima animi ingeniiq; negata fors est, secundam ac mediam teneamus: &

cum impare nescimus, parere prudenti in animo. Lin. Decad. 3. l. 2.

Is demum vir erit, cuius animus nec prospere laetaretur, nec aduersa infringeret. Lin. Decad. 5. l. 1.

Sapienter viro non decorum fuerit, vnde amicitia inde gloriam sibi recipere. Tacit. Ann. l. 14.

Principes atq; optimi mortaliu, vitz decore potius nominibus atq; compositis caelum addeunt, laudibus Dei celebrantur modo. Aurel. Vidor.

Magni homines virtute non fortuna a praesentibus. Aemyl. Probis in Eumene.

Omnes iustos bonosq; viros maior post mortem inuidia non multum post temporis superueniente iam ante eorum exitum, moriente. Plut. in Numa.

Sciant quibus moris est illicita mirari, posse etiam quibus magno viros esse: obsequiumque ac modestia ac vigor adfunt, eo laudis excedere, quo perire sed in nullum rei post vltim, ambitiosa morte inclinat. vlt. Agric.

7 SIMILITVDINAE

Gregoris Nisani. Ut fragrantia aromata colobosum complet areem. Sic boni viri praesentia praesentia. Anton. in Meliss. part. 2. serm. 31.

Antonii Monachi. Quemadmodum odorata eximia, etiam in vase condita sint, fragrantia odorandis dorandi sensum, non solum eorum, qui prope aialurum, qui longius fectoti sunt: Ita sanctus animus, dicitur, & honeste factorum, & ad pietatem pertinet habens, vel nihil tale cogitans, omnibus modis clarissimus. In Meliss. part. 2. serm. 31.

Vires.

7 LOCI BIBLICI

Viribus nostris non vult Deus nos quicquam tribuere. Iud. 7. 2. & c. Viri tribuit Deus, Deut. 7. 18. de virtute Iud. 6. 15. Vide violentia etymon.

7 PHILOSOPHICAE SENTENTIAE

Vires retento spiritu augentur. Arist. Argum. anim. Vires sensitiuae, vt sunt actus organorum corporis, dens supponunt actioni caelestium corporum. De herm.

Vires omnibus sufficientes tribuit ipsam bonum. de diuin. num.

Vires omnes cum sensu, ex corpore egreduntur, non solum ad effectum, cum animus iplo intelligit, non per se, sed iam deprauata, quae cum tritumum sepe frigidum. Porph. de abstr. anim.

De viribus corporis. DIAL. V. Francisci Petrarcha. GAVD.

Virium satis, immo multum contigit. R. Quae valetudine dicta sunt, relege. Similium similia. Multum est virium. R. Vide, ne quid aggrediar, quo imbecillis appareas. G. Abundant est virum. R. Plurimum est virium. R. Plurimum est virum. R. Facile crediderim id quidem, Superius in vitium vergit, seu ipsum est vitium. G. Nimis nimicitas haec, si ad mediocritatem redeat, bene defectum transeat? Quid si hoc robur fragillius at? Crede mihi, nulla tanta usque corporum robore immodico, vel morbo aeri, vel cuncta vna fragantur, infatigabilis & inuisita & vis animi est. G. bur est corporis. R. Nemo Milone robustior. G. G. Vastum & praeualidum corpus est. R. Praestantissimus mole corporea non eget in animis habitans. G. bus difficile. R. Immo in possibilia permutata, argumis, vt qui in corpore spem possunt in altum scandere pra hominem vires sunt. R. Hac in re qui sapienter nibus euaserit, multis tamen animantibus inuenitur his viribus metuentum. R. Imo nunc maxime. G. nim virium fiduciam magnis viribus accingitur, vnde dum extra equo congressi indignans, vt ostendat, quod mal est homo (dum sibi etiam robustissimus videtur viros leu praelio conficit, Herculem ab omnibus latentis mali vicit. Milonem ipsum cunctis ceteris gnum palestris arbor vna detinuit, Isacianumque lit. Sic robur illud eximum sine exemplo fuisse impar inuentum est. Tu viribus tuis fidus? G. Virum

PO

POLYANTHUS

